

ERECCÃO DA METRÓPOLE LISBONENSE

Andam desacordados os historiadores sobre a data em que Bonifácio IX elevou a sé catedral de Lisboa à dignidade de metropolita. Querem uns que tenha sido em 10 de Novembro de 1394, antecipam outros o acontecimento para 10 de Novembro do ano anterior. Os primeiros levados, segundo cremos, pelo autor da *História Genealógica da Casa Real*, os segundos pela verificação mais cuidada dos documentos da chancelaria pontifical, entre os quais o Padre Conrado Eubel, na sua benemérita *Hierarchia Catholica Medii Aevi. O Anuário Pontifício*, sem que encontremos explicação plausível, alinhou entre os primeiros...

O velho Garampi, incompleto, mal organizado, antiquado, é ainda hoje, apesar destes vícios graves, de manifesta e utilíssima importância. Muitos dos códices da chancelaria desapareceram nas danças e contradanças a que Napoleão sujeitou o Arquivo Secreto do Vaticano. Entre os volumes desaparecidos conta-se exactamente aquele que registou a bula de Bonifácio IX que criou a metrópole lisbonense. No volume 67 (Vescovi) dos Índices de Garampi, fólio 81, deparamos com este verbete:

Erectio ecclesiae Ulixbonensis in Archiepiscopalem cum jure metropolitico in Elborensi, Egítaniensi, Lamacensi et Silvensi ecclesijs, illarum separatione a Compostellana et Ispalensi ecclesijs.
— AB. B. 9. V. 5. p. 207.

Nada mais nos diz Monsenhor Garampi. O documento estava, pois, registado no vol. 5 relativo ao ano V de Bonifácio IX. É, portanto, sem sombra de dúvida, de período que vai de 9 de Novembro de 1393 a 8 de Novembro de 1394.

Mas se está, cremos que irremediavelmente, perdido o volume da chancelaria pontifícia que registara o precioso documento, se temos de lamentar a sua perda, nem por isso está tudo perdido do ponto de vista histórico. De facto, tivemos a boa sorte de desencantar nada menos de três documentos que vêm decifrar e esclarecer definitivamente o problema. São eles: 1) O documento da nomeação de D. João Anes como arcebispo e metropolitano lisbonense, com a data de 10 de Novembro de 1393; 2) O documento que encarrega os Bispos do Porto e de Coimbra de lhe fazer a entrega, segundo os cânones e a forma prescrita em bula especial — perdida também — do pálio; 3) Finalmente, o breve em que Bonifácio IX comunica ao referido Arcebispo ter-lhe enviado, pelo embaixador do mesmo prelado, o Padre Gil Martins, reitor da paróquia de Santo Estêvão de Lisboa, a referida insígnia arqui-episcopal. Estes dois documentos são de 4 de Abril de 1394.

Segundo consta do documento de 10 de Novembro de 1393, é da mesma data a bula que elevou o bispado lisbonense à dignidade de metrópole: «*Hodie siquidem (...) vlixbonensem ecclesiam (...) in Archiepiscopalem Metropolitanam ereximus*».

P. ANTÓNIO BRÁSIO, C. S. Sp.

DOCUMENTOS

I

NOMEAÇÃO DO PRIMEIRO ARCEBISPO DE LISBOA

(10-11-1393)

Bonifatius, etc. Venerabili fratri Johanni Archiepiscopo, olim Episcopo Vlixbonensi. Salutem, etc.//

Ex suscepto seruitutis officio sollicitudine pulsamur assidua, ut ecclesias omnes quarum cura nobis est summi pastoralis dispositione commissa, spiritualibus et temporalibus commodis augeamus. Hodie siquidem suadentibus nobis manifestis et rationabilibus causis, vlixbonensem ecclesiam, olim suffraganeam ecclesie Compostellane et de Compostellana prouintia existentem, te regimini eiusdem vlixbonensis ecclesie presidente, ex certa scientia, de fratrum nostrorum consilio et apostolica plenitudine potestatis,

in Archiepiscopalem Metropolitanam ereximus eamque honoribus et insignijs sedis Metropolitanice duximus decorandam, prout in nostris inde confectis literis plenius et serius continetur.//

Attendentes igitur quod tu regimen eiusdem vlixbonensis ecclesie gessisti hactenus fideliter et prudenter, sumpta ex preteritis fiducia, de futuris verisimiliter credimus quod regimen ipsum eo in posterum geres attentius quo te maiori honore et dignitate prospicies decoratum, ac propterea uolentes te in eadem ecclesia porciorum honorum titulis insigniri, te ipsi ecclesie vlixbonensi in Archiepiscopum preficimus et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo. In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod eadem ecclesia vlixbonensis sub tuo felici regimine gratia tibi suffragante diuina, prosperius dirigetur et uotiuia iugiter suscipiet incrementa.//

Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus huiusmodi impositum tibi a Domino onus regiminis ipsius vlixbonensis ecclesie suscipiens reuerenter sit ipsius ecclesie vlixbonensis sponse tue curam geras solícite, fideliter et prudenter gregem Dominicum in ea tibi creditum doctrina uerbi et operis informando, quod de talento tibi credito digne possis in extremo examine reddere rationem, tu que perinde perpetue gaudia consequaris, ac nos gratulari possimus in Domino, cum de te concepta fiducia fuerimus non fraudati.//

Datum Rome, apud Sanctumpetrum, quarto Idus Nouembris. Anno Quinto.

SIMILIMO

Venerabilibus fratribus vniuersis Suffraganeis ecclesie vlixbonensis. Salutem. etc.

Ex suscepto, etc. Quocirca vniuersitatem uestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica nobis scripta mandantes, quatenus eidem Johanni Archiepiscopo tamquam membra capiti obsequentes exhibeatis eidem obedientiam et reuerentiam debitam et deuotam. Ita quod mutua inter vos et ipsum gratia gratos sortiatur effectus et nos deuotionem uestram possimus propter hoc in Domino commendare.//

Datum ut supra.

ARQUIVO SECRETO DO VATICANO — *Regesta Lateranensia*, vol. 29, fls. 188-188v. [olim 257-57v.].

II

BONIFÁCIO IX ENCARREGA OS BISPOS DO PORTO E DE COIM-
BRA DA ENTREGA DO PÁLIO AO ARCEBISPO DE LISBOA

(4-4-1394)

Bonifatius, etc. Venerabilibus fratribus Portugalsensi et Colimbriensi
Episcopis. Salutem, etc.//

Cum nuper, suadentibus nobis manifestis et rationabilibus causis,
ecclesiam vlixbonensem in Archiepiscopalem et Metropolitanam erexerimus
eamque honoribus et insignijs sedis Metropolitice (1) duximus decorandam
ac venerabilem fratrem nostrum Johannem Archiepiscopum, olim Episco-
pum ipsius ecclesie in Archiepiscopum prefecerimus et pastorem, curam et
administrationem ipsius eidem Johanni in spiritualibus et temporalibus ple-
narie committendo et postmodum palleum insigne uidelicet plenitudinis
pontificalis officij pro parte dicti Johannis Archiepiscopi per dilectum fi-
lium Egidium Martini, Rectorem parochialis ecclesie sancti Stephani vlix-
bonensis, Nuntium suum, fuit a nobis cum ea qua decuit instantia pos-
tulatum.//

Nos huiusmodi supplicationibus annuentes, palleum ipsum de cor-
pore beati Petri sumptum, per uos vel vestrum alterum eidem Johanni Ar-
chiepiscopo assignandum, secundum formam quam vobis sub bulla nostra
mittimus interclusam, per prefatum Egidium duximus destinandum.//

Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quate-
nus uos uel alter vestrum palleum ipsum iuxta formam premissam, eidem
Johanni Archiepiscopo assignare curetis et ab ipso nostro et Romane eccle-
sie nomine et sub forma qua vobis sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis
debite solitum recipere iuramentum, formam autem iuramenti quod dictus
Archiepiscopus prestabit nobis de uerbo ad uerbum per eius patentes li-
teras, suo sigillo signatas, per proprium nuntium quamtotius destinare
curetis.//

Datum Rome, apud Sanctumpetrum, secundo nonas aprilis. Anno
Sexto.

ARQUIVO SECRETO DO VATICANO — *Regesta Lateranensia*,
vol. 36, fls. 243-243v.

(1) No original: Metropolicite.

III

*BONIFÁCIO IX COMUNICA AO ARCEBISPO DE LISBOA TER-LHE
ENVIADO O PÁLIO POR GIL MARTINS*

(4-4-1394)

Bonifatius, etc. Venerabili fratri Johanni Archiepiscopo, olim Episcopo vlixbonensi. Salutem, etc.//

Cum nuper, suadentibus rationabilibus causis, ecclesiam tuam vlixbonensem in Archiepiscopalem et Metropolitanam erexerimus eamque honoribus et insigniis sedis Metropolitice ⁽¹⁾ duxerimus decorandam, teque olim ipsius ecclesie Episcopum ipsi ecclesie in Archiepiscopum prefece-
rimus et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, et postmodum palleum insigne uidelicet plenitudinis pontificalis officij pro parte tua fuit a nobis per dilectum filium Egidium Martinj, Rectorem parochialis ecclesie sancti Stephanj vlixbonensis, nuntium tuum, cum ea qua decuit instantia postulatam.//

Nos huiusmodi supplicationibus annuentes, palleum ipsum de corpore sancti Petri sumptum, per venerabiles fratres nostros Portugalensem et Colimbriensem Episcopos, tibi assignandum per prefatum Egidium duximus destinandum, ut ijdem Episcopi uel eorum alter, illud tibi assignent sub forma qua eis sub bulla nostra mittimus interclusam et a te nostro et Romane ecclesie nomine, sub forma qua sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis debite solitum recipiant iuramentum.//

Volumus autem et ibi ac successoribus tuis Archiepiscopis vlixbonensibus pro tempore existentibus eadem auctoritate concedimus quod tu et ipsi successores, illo intra ecclesiam tuam in Natiuitatis, Circuncisionis, Epiphantie, Resurrectionis, Ascensionis et Corporis Domini nostri Ihesu Christi ac Penthecostes, necnon in Natiuitatis beati Johannis Baptiste ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum et sancti Vincentij martiris festiuitatibus et celebritate Omnium Sanctorum ac alijs diebus a iure premissis, uti ualeatis; ut enim signum non discrepet a signato, sed quod geris exterius interius serues in mente, fraternitatem tuam monemus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus humilitatem et iustitiam, dante Domino qui dat premia et munera elargitur, obseruare studeas que suum

(1) No original: Metropolitice.

observant et promouent seruatores et ecclesiam vlixbonensem sponsam
tuam cures sollicite, auctore Domino, spiritualiter et temporaliter augmen-
tare.//

Datum Rome, apud Sanctumpetrum. Secundo Nonas Aprilis. Anno
Sexto.

ARQUIVO SECRETO DO VATICANO — *Regesta Lateranensia*,
vol. 36, fls. 243v-244.